

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

**Tit. XLVII. De Violata Sanctitate, Qvam Leges Certis Personis Locisve  
Tribvnt.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

*sam non solum armis & coadunatis hominibus, sed & uerbis, scriptura immo pictura uiolari posse q).*

## TIT. XLVII.

DE

VIOLATA SANCTITATE,  
QVAM LEGES CERTIS PER-  
SONIS LOCISVE TRI-  
BVVNT.

## §. DX.

Violatio  
sanctitatis,  
speciatim

**Q**ui dolo malo & sine iure uim intulerunt uel personis uel locis sanctitate munitis, pro ratione circumstantiarum puniuntur exilio, fustium iectu, manus amputatione, & quandoque capite.

## §. DXI.

I. excu-  
biarum  
publica-  
rum,

**Q**ui I. excubias publicas dolo malo uiolarunt, uel capit is r) uel manus amputationis, fustigationis, aliamque arbitriam s) pœnam sustinere debent, prout belli aut pacis tempore hoc fecerunt. Illud quoque notandum erit, quod milites in excubiis turbati turbantem occidere possint t).

## §. DXII.

q) I. P. W. art. 2.

rispr. for. p. IV. c. 13.

d. 5.

r) Schwed. R. X.

t) D. C. CIESE d.

art. 46. Mecklenb. art.

de excubiis c. 2. §. 28.

Br. art. 34.

Bern=Chronic. 1702. m.

s) CARPZOV Iu-

Mai. p. 57.



## §. DXII.

Vis II. magistratui officium suum fa- II. magi-  
cienti dolo malo illata, quandoque, illa stratus  
autem quæ magistratus ministris & appa- officium  
ritoribus infertur, nunquam capitalis est. suum fa.  
Qui uim magistratus sine dubio iniustam  
ui repulit ab omni pena tutus est u).

## §. DXIII.

Qui III. uim ædibus singulari sanctitate III. Des  
munitis intulit, priuatur manu x). Burgfrie-  
dens, &

## §. DXIV.

IV. *Violatio securitatis domesticæ*, iam IV. secu-  
olim notata y), arbitrarie z), plerumque ritatis do-  
carcere uel mulcta punitur. Istam secu- mesticæ.  
ritatem uero uiolasse non censetur, qui in  
alienas ædes irrupit, (1) ut stuprum in-  
ferret feminae, a qua expectatur anxie;  
(2) ut conuiuas nuptiales saltare uideret.

## §. DXV.

V. *Obsessio uiarum* est uiolenta prohi- v. *Obsessio-*  
bitio, ne hic uel ille per uiam publicam *uiarum*  
transeat.

## §. DXVI.

u) LEYSERI sp. 590. T I V M To. I. Script.  
m. 12. Brunsv. p. 402. Weichb.

x) BE SOLD tb. art. 88.

pract. u. Burgfriede.

CRELL de iure man. z) BEYER d. de uiol.  
§. 48. lat. pac. domest. GER.

y) DITMAR Chron. DES To. II. Opusc. p.  
lib. VII, ap. LEIBNI- 225. seq.



## §. DXVI.

ad uiolan- Quæ ubi ad uiolandam pacem publi-  
dam pacem cam uel sanctitatem ciuilem *a)* dolo malo  
uel sancti- facta est, capite debet lui.  
tatem sancta

## §. DXVII.

crimen Vnde dignosci potest facile, *(1)* obseffio-  
constituit. nem uiarum præcedere posse omnis gene-  
ris criminibus, nec *(2)* crimen constituere,  
nisi ei pacem publicam aut sanctitatem  
ciuilem uiolandi accedat declaratus ani-  
mus. Ut *(3)* *laſio* facta sit, non requi-  
runt leges *b)*.

## §. DXVIII.

Quæ cauſæ Porro inde constabit *(4)* cur omnis  
tollant mi- pœna ceflet in eo, *(a)* qui uias obſedit,  
tigentue ut ne hostis publicus terras depopulatu-  
pœnam? rius transire poſſit; *(b)* qui ad iuſſum ma-  
gistratus fugitiuum clanculum expeſta-  
uit *c)*; *(5)* cur ordinaria minor dictari  
debeat ei *(a)* qui ad sua *iura tuenda* uias  
obſedit, *(b)* qui aduersario, cui in uia  
publica *casu fortuito* obuiam proceſſit,  
uim quandam intulit, *(c)* qui alios in uia  
priuata, aut publica quidem, aſt *petulan-  
tiæ ergo d)*, expeſtauit. Hos praxis *(1)*  
pro ratione admissi relegandos, fuf-  
tigandos

*a)* SIMON d. de ob-  
ſeff. itineris c. 3.

*b)* arg. C. C. C. art.  
128.

*c)* CARPZOV pr.  
crim. qu. III.

*d)* BERLICH p. IV.  
concl. 20, nr. 10. 28.



gandos e) uel manu truncandos f) censet, atque (2) capitis neminem damnat, nisi eum, qui simul homicidii reus est.

§. DXIX.

Huc VI. pertinet *uiolatio sepulcri*, & vi. Crimis quod inde sequitur, laesio uel spoliatio nis *uiolati* cadaueris sepulti. Germani enim a tem-*sepulcri* pore, quo humarunt demortuorum corpora, locis sanctis annumerarunt *sepulcra* g), atque piaculum habuerunt, instrumenta artis, pretiosa, & quæ alia tumultis una cum cadauere illata erant, surripere.

§. DXX.

Nullam pœnam determinauit \* Caro- Pœna. lus: quare usu obtinet arbitraria, quæ tam ad mortem usque extenditur b), si quis (a) plura cadauera diuerso tempore, aut (b) unicum armata manu spoliavit, aut (c) sine armis spoliata terræ non mandauit iterum.

\* Olim pœna criminis uiolati sepulcri determinata quidem fuit, ast uarie. Etenim Edict. Theod. c. 110. capitalem, contra L. Sal. XVII, 1. seq. Alaman. L, 1. Baiuuar. XVIII, 1. L. Longob. I, 12, 1. pecuni-

e) BE SOLD thef. pr. nuum ♂ pœnis. p. 43.  
u. Weglagern. THEO-  
DORICI Colleg. Crim. g) HEINECCIVS  
c. VI, aph. 10. n. 3. p. Elem. Iur. Germ To,  
893. II. lib. II. §. 340. seq.

f) HEIL iud. ♂ de- h) Constit. Elect. Sax.  
fens. c. VI. §. 35. p. 401. 34. p. IV. HEIL iud. ♂  
GRELL d. de iure ma- def. c. 6. §. 58.



pecuniariam probarunt. Porro *L. Wisig.* XI, 2, i. seq. iussit, ingenuum libra auri mulctatum centies flagris cædi, seruum uero flammis ardentibus exuri, & cuiusuis conditionis homines, qui sarcophagum, ut haberent remedium, abstulerant, leuiter puniri. *I. P. S.* II, 13. crurifragium omnibus omnino profanis sepulcrorum uiolatoribus dicat, & *Suevicum* c. 114. distinguens: uimne quis intulerit sepultero, an aliquid, pretium XXX. nummorum excedens, abstulerit? illius crura frangi, huius corpus fustibus cædi solere refert *SCHILTER exerc.* XLIX. §. 37.

### §. DXXI.

#### VII. Patibuli uiolatio

*Patibuli uiolatio* committitur, dum uel ipsum destruitur, uel ex eo suspensus aut suspensi uestes detrahuntur.

### §. DXXII.

#### quomodo puniatur?

Iudex eam vindicaturus, perpendere debet (1) *animum delinquentis*. Is enim, qui cadauera punitorum aufert *sepulturæ* aut *anatomiae* causa, mulcta carcere uel relegatione punitur; qui uero ea *ludibrio* habiturus, aut ad *usus magicos* aliquos reprobatos adhibiturus surripuit, fustigatur, immo quandoque truncatur capite i); (2) *rem surreptam*. Prout enim quis suspenso uestes, uel numos tantum ex illis subtraxit, fustigandus est, aut pecunia multandus k). \*

\* Olim quærebatur: quis ex furca detractus fuerit?

i) BERGER *Elecīt.*  
*Jur. Crim.* p. 52.

k) Id. c. l. p. 51. HEIL  
*iud. S defens.* p. 447.



rit? viuus an mortuus. Viuum qui detraxerat,  
uitam redimere cogebatur. L. Sal. XLIV, 9. &  
LXIX, 1.

## TIT. XLVIII.

DE  
DELICTIS MONETARIIS.

## §. DXXIII.

**C**irca monetam uarie delinquunt ho- Circa mo-  
mines. Alii *falsum*, alii *læsam ma-* netam  
*iestatem*, alii *utrumque* committunt.

## §. DXXIV.

*Falsum* committunt (1) qui iure mo- mox falsi,  
netandi, quo gaudent, usuri (a) ex re-  
proba *materia*, uel (b) *liga superhabita l*), uel (c) sub alterius *principis nomi-*  
*ne* numos eudunt; (2) qui a principe  
quodam cufos tingunt *m*), radunt, alio-  
ue corrumpunt modo *n*), quiue (3) mo-  
netam grandiorem reflant *o*).

## §. DXXV.

*Maiestatem lædit*, qui absque priuile- mox læsæ  
gio ab ea impetrato monetam, pondere *maiestatis*,  
tamen ac materia bonam, cudit *p*).

## §. DXXVI.

l) DAMHOVDER *pr.* o) R. I. 1571. §. Über  
crim. c. 65. nr. 4. BEYER damit 1559. §. wir ord-  
h. art. pos. 9. 10. uen.

m) CARPZO V *pr.* p) STRYK V. m. ff. h.  
crim. qu. 42. nr. 82. §. 4. & d. *de temerat, iur.*  
n) R. I. 1551. §. dahin *monet.* §. 5.  
& 1559. §. Wir wollen.

